

quam futuris, quod moti affectu sincero, quem habemus ad ecclesiam et capitulum seu conventum canonicorum regularium sancti Thomae in Lypzk, proprietatem trium mansorum in Mylkowe<sup>a)</sup>, quos Johannes de Macherye tenuerat, eisdem donavimus et transferimus cum ipsorum pertinentiis proprietate libera ad eosdem. In cuius rei testimonium et ut nostra donatio inviolabilis perpetuo perseveret, praesentes litteras sigilli nostri appensione iussimus roborari testibus qui praesentes aderant infra-scriptis, familiaribus videlicet dilectis nostris Gunthero comite de Keuerenberg, Henrico dicto Ruze de Plawen capitaneo nostro generali, magistro Walthero praeposito Mynsensi, Cünrado de Nuenstad, Bertoldo vicedomino de Eckstete, Frederico de Wangeheym militibus et quam pluribus aliis fide dignis. Datum Gotha anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto XIV<sup>o</sup>. Kalendas Octobris.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit einem Bruchstück des Reitersiegels an einem Pergamentstreifen.

a) Mülkau, Par. Baalsdorf.

### No. 87. 1325. 10. Juni.

*Markgraf Friedrich eignet das vom Kloster erkaufte Dorf Cleuden sowie gleichfalls erkaufte drei Hufen in Albersdorf und vier Virdunge j. Z. in Stötteritz und Dösen.*

In nomine domini amen. Ne ea quae in longaevam educenda sunt notitiam oblivionis premantur caligine, optimum et dignum esse censetur ut litterarum et testium recipiant fulcimentum. Sciant igitur cuncti tam praesentes quam futuri, quod nos Fredericus dei gratia Thuringiae lantgravius, Misnensis et Orientalis marchio dominusque terrae Plisnensis ad laudem et gloriam omnipotentis dei et gloriosae virginis matris suae Mariae et specialiter ob reverentiam beati Thomae apostoli patroni virorum religiosorum .. praepositi et conventus canonicorum regularium ecclesiae in Lypezik ipsi ecclesiae sancti Thomae et conventui ibidem in nostrae et omnium nostrorum progenitorum animarum remedio et salute villam dictam Clüdene<sup>a)</sup>, quam apud Nycolaum de Grymmis civem nostrum sua pecunia comparavit cum tribus marcis reddituum pensionis annuae in dicta villa ac iuribus omnibus sicut idem Nycolaus a nobis tenuit ac possedit, insuper tres mansos sitos in pago villae Elbersdorf<sup>b)</sup>, quos apud Nycolaum Brūnonis civem nostrum quondam in Lypezik similiter emerunt, item tres fertones pensionis annuae sitos in pago villae Sthodericz<sup>c)</sup> cum uno fertone pensionis annuae in pago villae Dosene<sup>d)</sup> sito quondam Waltheri de Torgawe praefatis ecclesiae praeposito canonicis et conventui canonicorum regularium sancti Thomae in Lypezik appropriavimus, appropriamus et contradimus iusto proprietatis titulo perpetuo possidendos. Et ut haec nostra donatio seu appropriatio maneat inconvulsa, praesentes ipsis dari iussimus litteras nostro sigillo fideliter communitas. Huius appropriationis testes sunt sincere nobis dilecti avunculi nostri Fredericus comes de Orlamunde, Albertus buregravius de Aldinburg, Guntherus comes de Swarzburch iunior, Henricus iunior advocatus de Plawen capitaneus terrarum

a) Cleuden, Eph. Leipzig. b) Albersdorf, Par. Knauthain. c) Stötteritz, Eph. Leipzig. d) Dösen, Par. Probsthaida.